# WILHELMI WORM ORATIO

In Exceſſum

## Dn. D. THOMÆ BARTHOLINI.

QVod in magnis perturbationibus attonito cuiq; ſolet evenire, id hodie mihi eventurum eſſe non tantùm prævideo ipſe, ſed & vereor ne omnes, q́votqvot ad hanc augendam Panegyrin vel ultrò confluxerunt, vel officioſè invitati officioſiùs adſunt, unà mecum intelligant. Ex qvô enim hujus pulpiti primos calcare gradus cœpi, tanqvam cœlô tactus, qværit ſe animus, nec invenit, &, ad præteriti temporis dum exporrigitur memoriam,